

tum. Inuenias ibi fontes limpidissimos, siluas amoenissimas, pascua & prata florida, ut sumen Westphaliae merito dici, nomenque ipsum a medulla promanaesse, credi possit. Salinae etiam Susati.

§. X. CLIVIAE regio foecundissima est, Belgis vicina: sed eius incolae ab industria ac laboriosa hac gente nimium, suo quidem damno, abesse creduntur. Pascua & prata floridissima habent: armentorum gregibus plena. Agri frugum quoque feraces sunt. Vtique commercia vicinorum ad se inuitant. Modo solertiam ciues sibi commendatam haberent, otio vitato, quae desideria illorum sunt, qui bene cupiunt optimae regioni. Carent vino & sale. Sed illud Rhenanae prouinciae: hoc Belgae aliunde eis largiuntur.

Nimia regentium facilitate factum est, vt praedia atque redditus, vitae ac aulae principum dicati, in manus venirent priuatorum e nobilitate. Qua causa peropus fuerat, DOMANII tandem iura vindicare, vt pristinam Ducatus faciem recuperaret. Molem huius negotii ab 1692. ad 1695. Vir Illustris ac Excellentissimus de Stoesser sustinuit. Quamuis iam ante duo secula Cliviae Principes idem in animo habuisse reperiantur. (*) (**) (***)

§. XI. In POMERANIA, vt ad Marchiae fines reuertamur, piscium varia genera; lanae copia; salis abundantia; frumenti autem, quantum fere habitatoribus sufficit.

Septuaginta piscium genera ibidem numerant, his etiam ac pernis magna pars hominum viatum quaerit: siluae glandiferae porcorum armenta alunt. Venatores S. R. I. Caesarum priuilegio Principes audiunt. Siluis quippe abundant: vt ligna varii generis Belgis vendere possint, ad naues construen-

(*) Leges habent Clivenses proprias (a): vbi plura singularia praesertim in feudis & bonis adscriptitiis der Eaten und Curmeden (b).

(a) Legi meretur in hoc argumento Feltmannus, Voetius.

(b) De quibus nos in dissertatione de curmediis bonis.

(**) Incolae Cliviae sunt adfables & frugales: sed cedunt Belgis labore.

(***) Regimen tractat Cliviae die Landes-Sachsen, das Hof-Gericht, die Iustiz-Sachsen.